

A. D. 7.

35.

CENTURIA I. PLANTARUM,

QUAM,

EX CONSENS. NOBIL. ET EXPER. FAC. MED.
IN REGIA ACADEMIA UPSALIENSI,

Sub PRÆSIDIO,

VIRI NOBILISSIMI ATQUE CELEBERRIMI,

DN. Doct. CAROLI LINNÆI,

SÆ SÆ M:TIS ARCHIATRI,

MED. ET BOTAN. PROFESS. REG. ET ORD.
ACAD. IMP. N. C. LOND. MONSP. BEROL. TOLOS.
FLORENT. STOCKHOLM. ET UPSAL. SOCIE

Nec non

EQUITIS AURATI DE STELLA POLARI,

ORBI BOTANICO EXAMINANDAM SISTIT,

ABRAHAM. D. JUSLENIUS,

V. GOTHS.

IN AUDIT. GUSTAV. DIE XIX. FEBRUAR.

ANNI MDCCCLV.

H. A. M. S.

UPSALIÆ, Exc. L. M. HÖJER, Reg. Acad. Typogr.

à
MADAME
La BARONNE
ANNE
FRIDERIQUE
DE DIDRON.

Ji se presente une occasion fort convenable à faire voir au public les obligations , que je Vous ai de la grace , que Vous m' avez témoignée depuis la premicre fois , que j'ai eu l'honneur de Vous etre connu. J'ai le bonheur

main-

maintenant de Vous presenter ces premiers tra-
vaux academiques. Il est juste , qu' apres avoir
été comblé de tant de bontés , je fasse connoître
à tout le monde la gloire , que Vous Vous fai-
tes, MADAME , de me favoriser de Vos bienfaits,
& combien j'en suis penetré de reconnoissance.
Il ne me reste , MADAME , qu' à prier Le tout
Puissant qu' il Vous conserve en santé , & Vous
fasse jouir de toutes les prosperités desiderables ,
tant pour Sa Gloire , que pour celle de toute
Votre illustre Famille. Ce sont des voeux tres
ardens , qui emanent d' un coeur qui Vous sera
devoué jusques au dernier de mes soupirs. Je
suis avec bien de respect,

MADAME

*Votre très humble & très obeissant
Serviteur,*

ABRAHAM JUSLENIUS.

Min B R O R.

Fru Floras kärlek elde opp
Din vördnad , för Den henne
pryder ,
Min Bror, så grön skas vist mitt hopp,
Att öns kan din blid lycka lyder,
Tils Floras multna drägt sifl kläder
Ditt stoft, och Himlen hälen gläder.

MARG. JUSLENA.



A. D. f.

S. I.



Lantas, quæ inter omnia, humano generi maxime profuerunt, non in illis tantummodo rebus, quæ ad victimum & amictum pertinent, sed &, quæ ad forum medicum spectant, familiaria sibi reddere, sapientiores hominum, a primis quoque temporibus, solliciti fuerunt.

Medicis, præ ceteris, maximam certe debemus gratiam, quod cognitionem plantarum in formam disciplinæ redegerint, nostrumque est scientiam hanc magis magisque excolere. Quantum luminis, nobilissimæ huic arti nostris temporibus accessit, omnibus notum est, adeo ut nullam plantam accurate descriptam & cognitam agnoscamus, priusquam illam ad proprium genus referre, atque adæquata differentia specifica ab aliis distingvere possumus. Nobilissimus Dominus PRÆSES doctrinam hanc in suis Speciebus Plantarum valde necessariis optime perpolivit, in quibus omnes illas plantas, quæ tunc temporis quoad fructum & reliquias partes satis perspectæ fuerunt, rite delineavit. Quot vero plantæ, in hancce Floræ scenam, accuratis & concinnis descriptionibus ornatæ postea prodierunt, in duobus Speciminiibus Academicis, Demonstra-

A tionis

tionibus Plantarum scilicet & Herbario Amboinense vide-
re licet, ubi sequentia ante oculum ponuntur.

Demonstr. Plant.

Monarda mollis.
Salvia agrestis.
Festuca barbata.
Avena nuda.
Crucianella patula.
Datura ferox.
Asclepias exaltata.
Eryngium tricuspidatum.
Eryngium trifidum.
Bupleurum semicompositum.
Erysimum repandum.
Malva parviflora.
Lathyrus annuus.
Trifolium retusum.
Micropus erectus.

Herbar. Amb.

Piper decumanum.
Convallaria fruticosa.
Menispernum flavum.
Adenanthera falcata.
Rhizophora catesbeiana.
Rhizophora corniculata.
Garcinia ceticaria.
Psidium Cavarus.
Myrtus leucadendra.
Dolichos tetragonolobus.
Dolichos pruriens.
Hernandia ovigera.
Ricinus Mappa.
Ricinus Tanarius.
Momordica trifolia.
Ophioglossum pendulum.

§. II.

Ex Speciebus Plantarum unicuique patet, quot plan-
tæ peregrinæ & antea incognitæ ex indefesso labore no-
stratium, ut exteris reticeam, utpote Celeberrimi Abo-
ensium Professoris KALM, OSBECK, LÖFLING, du-
dum innotuerunt. Hisce accedunt multæ, eæque exo-
ticæ, quæ ultimis hisce annis ex industria Virorum, de
re herbaria optime meritorum, LÖFLING, b. m. Doctoris
HASSELQUIST, SAUVAGES, AYMEN, MONNIER, reli-
quorum, inventæ & accurate descriptæ sunt. Unicuique
igitur, qui nobilissimam hanc artem pretio habet, illam
tam immobilebus superstructam fundamentis augere injun-
ctum esse crediderim. Ego equidem, qui per aliquod
temporis spatium studiorum gratia ad hanc amoenissimam

Musa-

Musarum sedem commoratus sum, & qui jucundissimam hanc doctrinam, primis tantum, ut ajunt, labiis tetigi, illam tanto amplexus sum amore, adeo ut plantam minus frequentem & rarissime obviam vel ut gemmam quandam pretiosam æstimaverim, mihi magis gratum fuerit, si illam rite explicare & accurate describere valuerim, quam si vel difficillimum problema resolvisse, & quoniam mihi copia fuit, plurimas plantas exoticas atque nuper time detectas, apud Nobilissimum Dominum PRÆSIDEM videndi, ipsum exoravi, ut mihi potestas daretur, ex illis centuriam eligendi, eamque ut primum tirocinium botanicorum disquisitioni submittendi, quam L. B. æqui bonique consulere dignetur, qua par est animi veneratione, humillimus oro.

1. **VERONICA** (*montana*) racemis lateralibus paucifloris, calycibus hirsutis, foliis ovatis rugosis crenatis petiolatis, caule debili. †

Veronica procumbens. Riv. irr. 92. Hall. gætt. 2. p. 235. descr.

Chamædrys spuriæ adfinis rotundifolia scutellata. Bauh. pin. 249.

Alysson dioscoridis montanum. Col. ecphr. I. p. 286. t. 288.

Habitat in montanis Mattesii Italæ & Greismari Germaniæ umbrosis.

2. **ZIZIPHORA** (*bispanica*) foliis ovatis, floribus racemoso-spicatis, bracteis obovatis nervosis acutis.

Habitat in Hispania. Læft. 441.

Descr. Caulis brachiatus. Folia ovata, petiolata, vix crenata. Spicæ laxæ, racemos caulemque terminantes, oblongæ: Bracteis folio majoribus, obovatis, nervosis, acutis, integerrimis, ciliatis. Flores terni intra singulam Bracteam, longitudine bracteæ. Calyx

cylindrici, inferne crassiores, sessiles, hispidae. Corolla limbo parvæ. *Stamina* duo.

3. IRIS (*pyrenaica*) corollis barbatis? foliis repandis. Iris humilis *pyrenaica*, foliis repandis, e luteo virescentibus. *Tournet. inst. 361.*

β Iris humilis *pyrenaica*, foliis repandis virescentibus cum lineis cæruleis. *Tournet. inst. 361.*

Habitat in Pyrenæis.

4. SCHOENUS (*capensis*) culmo tereti ramosissimo vaginato, spicis ovatis nudis.

Catina capitis bonæ spei, spicis juliformibus. *Scheuchz. gram. 352.*

Juncus e capite bonæ spei, paniculis fuscis juliformibus. *Petiv. gr. t. 7. f. 15. Mus. 424.*

Habitat ad Caput Bonæ Spei.

5. LYGEUM (*Spartum*.)

Lygeum spartum. *Læfling.*

Spartum herba alterum. *Cluf. hist. 2. p. 220. f. 2.*

Gramen sparteum secundum, panicula brevi, folliculo inclusa. *Brib. pin. 5.*

Habitat in Hispania.

6. PHALARIS (*aquatica*) panicula spiciformi ovato-oblonga, glumis carinatis lanceolatis.

Gramen typhinum phalaroides majus bulbosum aquatum. *Barr. rar. 1200. t. 700. f. 1.*

Habitat in Aegypto & ad Tyberin.

Descr. Culmus arundinaceus, foliis solidisculis. E vagina folii supremi subventrica. Spica ovato-oblonga, glabra, vel potius panicula arcta. Glumæ lanceolatae, glabrae, carinatae, utrinque nervo exaratae.

7. PHALARIS (*bulbosa*) spica cylindrica, glumis carinatis.

Phalaris bulbosa, albo semine. *Scheuchz. gram. 53.*

Habitat in oriente.

Descr.

Descrip. Spica pollices duos longa: Glumis carinatis, ovatis, minoribus, arcte in spicam congestis.

8. *POA (rigida)* panicula lanceolata subramosa, floribus alternis secundis. *Royen. lugd.-bat. 62. Guett. stamp. 62. Dalibard. paris. 30.*

Grauen filiceum rigidiusculum. *Vaill. paris. p. 92. t. 18.f.4.*

Habitat in Gallia, Anglia. ☽

Confer. Grauen loliaceum murorum duriusculum, spica erecta rigida. *Morit. hist. 3. p. 182. f. 8. t. 2 f. 9.* Grauen panicula multipliæ. *Baub. pin. 3. prodr. 6.* Grauen exile duriusculum in muris & aridis proveniens. *Rai. angl. 410.*

9. *BROMUS (madritensis)* panicula rariore erecta, spiculis linearibus: intermediis geminis.

Bromus panicula spicata rarissima, spiculis linearibus alternis: pedicellis incrassatis. *Læfling.*

Grauen bromoides pumilum, loculis erectis majoribus aristatis. *Scheuchz. gram. 260.*

Bromos sterilis, erecta panicula, major. *Barr. icon. 76. n. 1.*

Habitat in Hispania.

Descrip. Culmi bipedales, laeves, geniculis tumidis. Folia latiuscula, mollia. Panicula laxa, rarior. Spiculae rectæ, lineares, erectiusculæ, ternæ, saepius propriis pedunculis, & quartus insuper pedunculus saepius distachyos. Aristæ longæ, erectæ.

10. *BROMUS (rubens)* panicula fasciculata, spiculis subsessilibus villosis; aristis erectis.

Grauen panicula molli rubente. *Baub. hist. 2. p. 464?*

Habitat in Hispania. *Læfling.*

Descrip. Spiculae numerosæ, oblongæ, villoso-scabriæ, glumis subulatis, longe aristatis, in fasciculum ovatum congestæ, subsessiles. Gluma supra aristam acuta est; gluma exterior ciliata:

xi. BRO-

11. BROMUS (*Scoparius*) panicula fasciculata, spiculis subsessilibus glabris, aristis patulis.

Habitat in Hispania.

Deser. Panicula ovata ex spiculis subsessilibus, ovato-oblongis, glabris; aristis non erectis, sed extrorsum versis; Gluma supra aristam obtusa est.

12. STIPA (*tenuissima*) aristis basi pilosis, panicula spinata, foliis filiformibus. *Læfling.*

Gramen sparteum I, panicula comosa *Baub. pin. 5.*

Spartum herba Phnii. *Clusii hist. 2. p. 220.*

Habitat in Hispaniae collibus sabulosis.

13. TRITICUM (*juncinum*) calycibus truncatis quinque-floris, foliis involutis.

Gramen, tripli spica muticæ simili, angustifolium *Baub. pin. 7. theatr. 132. prodr. 18. t. 17. Scheuchz. gram. 7.*

Habitat in Helvetia, Oriente. 24

14. ELYMUS (*philadelphicus*) spica pendula; spiculis sexfloris: inferioribus ternatis, superioribus binatis.

Habitat in Pensylvania. Kalm. 24

Deser. Habitus & tota structura similissima canadensi, sed Spica in hac omnino apice nutat ultra basin; at in illa spica parum obliqua persistit. Spiculae in hæc sexfloræ, in illa quadrifloræ, sed in primis spiculae, & præcipue intermedia, in hac latus planum uti triticum cœlmo obvertit, in illa & reliquis latus angulatum scapo obvertit. Hæc aristas minus rectas, & parum flexuosas, et jam dum floret, illa vero rectas habet; hæc spicas magis villosas, quam illa gerit.

15. SCABIOSA (*graminifolia*) corollulis quinquefidis; foliis linear-lanceolatis integerrimis, caule herbaceo. *Scabiosa argentea angustifolia. Baub. pin. 270. prodr. 127. f. 127.*

Scabiosa graminea argentea. Baub. hist. 3. p. 12,

Aster-

Asterocephalus argenteus graminifolius, flore cæruleo.

Vaill. paris. 248.

Habitat in alpibus Helveticis. 24

16. *CERINTHE (orientalis)* foliis lanceolatis hispidis, seminibus quaternis distinctis, fructibus pendulis.

Symphytum orientale, echii folio minori. Tourn. cor. 6?

Habitat in Ægypto. b. m. D. Hesselquist.

Descr. *Caules terete*, hispida. *Folia alterna*, sessilia, integrerima, hispida pilis viridibus aut albicantibus. *Ramus terminatus* dupli racemo : *Braeatis lanceolatis*, angustioribus, hispida. *Flores* pedunculati; *Calycis foliola* e cordata figura in linearem transeunt. *Corolla* quinquefida segmentis subulatis, acutis, patulis; *Stamina* subulata, longitudine corollæ. Differt ergo a Cerinthe echoide; quod non pilis flavescent; quod corolla non obtusa; quodque calyx fructus non erectus, nec foliolis linearis-lanceolatis.

17. *MIRABILIS (odorata)* caule dichotomo, corollis limbo patentibus, staminibus pistillo brevioribus.

Descr. Similis Mirabili Jaleppæ, sed *Folia* magis cordata & magis acuminata. *Caulis* & *rami* dichotomi; *Floribus* e dichotomia. *Corolle* limbo patente nec erecto; *Staminibus* pistillo sensim brevioribus, nec longitudine equalibus; *Corollis* odoratis, tubo corollæ subpiloſo.

18. *MIRABILIS (longiflora)* foliis villosis, corollis folio longioribus.

Mirabilis caule foliisque villosis & glutinosis, tubo floris pedali. Monnier.

Habitat - - - -

Descr. Planta tota villosa, viscosa. *Folia* summa sessilia, cordata. *Flores* terminales, fasciculati. *Corollæ* tubus filiformis, semipedalis, villosus, laxus, limbo albo, tubo

8-) o (8-
tubo breviore. *Stamina & pistilla intra faucem corollæ : Stigma valde muricatum.*

Obj. Distinguatur itaque Mirabilis (*Jalappa*) foliis corollis-que glabris, floribus congestis terminalibus.

19. SOLANUM (pimpinellifolium) caule inermi herbae, foliis pinnatis integerrimis, racemis simplicibus.

Habitat in Peru. ☺

Descr. Habitus & statura & omnia Solani Lycopersici. *Fruetus similes varietati 3, at differt a 9. Sp. Pl. omnino, 1.) caule laevi, nec ullis pilis, neque in pedunculis, adspersis uti illa. 2.) Foliis glabris, integris, cordatis, nec ullo modo incisis, aut dentatis, uti illa. Cæterum forte orta ab illa, uti tota structura convenit. Pedunculi structura ut in 8. 9. 10. Sp. Pl. pedicellis et jam geniculatis, raeemo nudo, ut 8. 9. ibid., nec folioso ut 10.*

20. PHYLICA (radiata) foliis linearibus triquetris, sparsis caule piloso, bracteis apice coloratis glabrisque.

Chrysanthemum ericoides coronatum capitum bonæ spei. Breyne. cent. 165. t. 82.

Habitat ad Caput Bonæ Spei. ☺

Descr. Frutex ramis tenuibus, pilis longis rarisch adspersis. *Folia sparsa, linearia, triquetra, fere canaliculata, acuta, rarisch pilis saepius adspersa. Flores aggregati, sessiles, solitarii, laterales, cincti radio albo & bracteis foliaceis, apice niveis, glabris. Flocculi fossiles, radio breviores, quinquefidi, cum lamina & quamula petali intra singulam laciniam corollæ; stylus simplex.*

21. HERNIARIA (fruticosa) caulinis fruticosis, floribus quadrifidis.

Herニアria fruticosa, viticulis lignosis. Tourn. inst. 507.

Habitat in Hispania. ☺

Descr. *Calyx tetraphyllus. Stamina quatuor tertilia, & quatuor sterilia loco petalorum. Laetling.*

22. BUPLEU-

22. BUPLEURUM (*fruticosens*) frutescens, foliis linearibus, involucro universali partialibusque. *Læfling.*
Bupleurum *fruticans* angustifolium hispanicum. *Barr. rar.*

623. t. 1255.

Bupleurum hispanicum arborescens, gramineo folio.
Tourn. inst. 310.

Habitat in Hispaniæ collibus altis. h

23. SELINUM (*Monnier i*) umbella conferta, involucro universali reflexo, seminibus quinque costis membranaceis.

Æthusa f. Cicuta minor hirsuta, semine parvo. *Monnier.*
Habitat in Gallia australi.

Descr. Planta Æthusam refert, sed folia tenerius tripinnata. *Caulis* pedalis, angulatus, lœvis. *Rami* multi, alterni, subdiviti, caule altiores. *Folia* tripinnata, lœvia, segmentis sublinearibus, obtusiusculis, planis, lœvibus, non vero nitidis. *Pedunculi* universales membranacei, amplectentes ramos. *Umbella* conferta. *Involucrum* universale simplex, setaceum, reflexum, umbella brevius; *involucra* partialia setacea, longitudo umbellulæ. *Flores* albi, pentapetali: petalis æquilibus, cordatis, acumine intermedio incurvato. *Stamina* alba. *Styli* duo, albi, filiformes, persistentes. *Semina* parva, ovata, quinquecostata, membranacea, longitudinalia.

24. HASSELQUISTIA (*egyptiaca.*)

Pastinaca orientalis, foliis eleganter incisis. *Buxb. cent. 3.*
p. 16. t. 27, male.

Habitat in Arabia. b.m. Doctor Hasselquist.

Descr. Planta bipedalis. *Caulis* rigidiusculus villis rarissimis, albis. *Umbella* composita, nuda; *umbellulae* multifloræ; *involucro* polyphyllo, minimo, angustissimo. *Corolla* pentapetala, emarginata; *Flores* in disco abortiunt. *Semina* alia orbiculata, glabra, *pastinacæ* majora, in medio

medio germine proprio fœta, margine membranaceo pallido cincta, ut in pastinaca genuina. Præterea sunt alia Semina hemisphaerica, glabra, latere hiantia, cava, margine cartilagineo coarctata, marginis basi adfixa, nec gemina. A Buxbaumio imperfecte picta. Differt ab omnibus duplici & diverso fructu, præsertim illo urceolato.

25. SMYRNIUM (*egyptiacum*) foliis floralibus, binis, cordatis, integerrimis.

Habitat in Ægypto. D. Hasselquist.

Descr. Folia infra pedunculos communes bina, opposita, ovata, amplexicaulia, integerrima. Flores lutei; involucra nulla; magnitudo vulgaris.

26. PASSERINA (*dodecandra*) foliis lanceolatis, glabris, acuminatis; floribus lateralibus; staminibus quatuor inclusis.

Habitat in Æthiopia. D. Gronovius.

Descr. Planta fere herbacea, Caule lævi glabro, infra folia tereti, intra folia tetragono, rarius ramoso: Folia lanceolata, glabra, acuminata, sessilia, erecta, longitudine articulorum. Bracteæ oppositæ ad singulum florem, tanquam stipulae duæ lineares, folio breviores. Flos sessilis, tubo longitudine foliorum; limbo quadripartito; Antheræ octo, sessiles, barba cinctæ, tubo impositæ, limbo breviores; antheræ adhuc quatuor intra faucem tubi.

27. SAXIFRAGA (*geranioides*) foliis radicalibus reniformibus quinquelobis multifidis, caulinis linearibus; caule subnudo ramoso.

Habitat in Pyrenæis. Bur. XVI. 86.

Descr. Folia Ranunculi, reniformia, petiolata, quinqueloba, lobis fissis. Caulis spithameus, fere nudus, ad ramos foliolo lineari. Rami parum divisi. Flores magnitudine Saxifrage granulatæ, calyce in fructum abeunte.

28. SAXI-

28. SAXIFRAGA (*ajugæfolia*) foliis radicalibus palmato-quinquepartitis, caulinis linearibus indivisis, caulis adscendentibus multifloris. †

Habitat in Gallo-Provinciæ montibus.

Descr. *Folia* ad radicem palmata, quinquepartita *lobis* ovato-lanceolatis, petiolata. *Caulis* adscendentis, filiformes; foliis duobus vel tribus, linearibus, acutis, indivisis. *Flores* in summo tres ad quinque, pedunculati. *Stolones*, antequam folia emittant, hirsuti.

29. GYPSOPHILA (*tomentosa*) foliis lanceolatis sub-trinerviis tomentosis, caule pubescente.

Linum sylvestre latifolium, flore albicante, *Barr. rar.*

670, t. 1002.

Habitat in Hispania. Læfling.

Descr. *Planta* bipedalis, erecta. *Caulis* subvillosum *ramis* alternis, firmis. *Folia* lata, lanceolata, trinervia, obtusiuscula, tomentosa. *Flores* parvi, albo-purpurascentes.

30. DIANTHUS (*hyssopifolius*) foliis subsolitariis, squamis calycinis longitudine tubi; corollis multifidis; caule erecto.

Caryophyllus simplex supinus latifolius. *Baub. pin. 208?*

Betonica coronaria seu *Caryophyllus minor*, folio viridi nigricante, repens, flore argenteis punctis notato. *Baub. hist. 3. p. 329. fig. mal.*

Habitat in Germania, Gallia Narbonensi.

Descr. Hæc planta, quam J. Bauhinus ita similem esse Hyssopo non florente, si eadem Bauhiniana, non opus habet descriptione, sed mox ideo dignoscitur. *Caulis* pedalis, erectus. *Folia* viridia, nec glauca, latiora quam in reliquis speciebus, Petalis multifidis; *Calycis* *squamæ* sensim attenuatae, longitudine calycis, quod in nulla alia specie multifido flore mihi visum. *Corolle* *petala*

purpurascentia, profunde multifida, versus unges supra
griseo barbata, reflexa. *Calycos* obscur. purpurascentes.
Corolla magis lacera, & fere ad basin, quam in
reliquis.

31. ARENARIA (*montana*) foliis lanceolato-linearibus
scabris, caulis sterilibus longissimis procumbentibus.
Alfine foliis linearibus acuminatis; petalis florum integris,
calyce duplo longioribus. *Monn. obs.* 127.

Habitat in Galliae australis montibus.

Descr. *Caules* digitales, purpurascentes, florentes erecti.
Steriles rami procumbentes longis flagellis. *Folia* lan-
ceolata, linearia, acuminata, scabra, margine & carina
magis scabra. *Pedunculi* solitarii, folio longiores, uni-
flori, subhirti; *Calycos* acuti. *Corolle* magnæ. *Petala*
alba, ovata, nervosa. *Stamina & Pistilla* alba.

32. SEDUM (*bispanicum*) foliis teretiusculis acutis: radi-
calibus fasciculatis; cyma pubescente.

Sedum hispanicum, folio glauco acuto, flore albido. *Dill.*
elth. 342. *t.* 256 *f* 332.

Habitat in Hispania *

33. SEMPERVIVUM (*birtum*) foliis caule petalo-
rumque apicibus hirtis.

Sedum majus montanum, foliis dentatis. *Baub. pin.* 283.

Cotyledon altera montana. *Cluf. II. hist.* 2. *p.* 63.

Habitat in Tæro Rastadiensi.

Descr. *Folia* radicalia acuminata, ciliata. *Caulis* subhir-
futus, foliis ciliatis villosis. *Petala* valde longa, apice
& margine subtus hirta.

34. PRUNUS (*infritia*) spinosa, foliis ovatis subtus
villosis, pedunculis geminis.

Pruna sylvestria præcoccia. *Baub. pin.* 444.

Prunus sylvestris major. *Raj. hist.* 1528.

Habitat in Anglia, Germania. *Tyska Slån.*

Descr. *Rami* fusco-rubri, læves; *ramuli* nonnulli *spina*
termina-

terminati. *Silicae lineares, ciliatae, acutae, basi bifidæ,*
nec ut in domestica simplices & indivisæ. Folia ovata,
supra glabra, nec ut in domestica subvillosa, subtus
villosa. Gemmæ floriferæ promunt pedunculos duos ut in
domestica. Calyces glabri, nec villosi ut in domestica.

35. POTENTILLA (*heptaphylla*) foliis radicalibus septenatis cuneiformibus ferratis; caulinis ternatis, ramis filiformibus decumbentibus.

Quinquefolio timilis enneaphyllos hirsuta. Baub. pin. 325.
 prodr. 139.

Habitat in Helvetia.

Descr. Radix nigra, fibrosa, e cuius capitulo fibris nigris foliorum rudimentis obvallato Pedunculi plures, digitales, villosi, Foliis septenatis rarius novennatis: Foliolis cuneiformibus, retusis, profunde ferratis secundum totam fere longitudinem, exterioribus sensim minoribus, villis vagis albis adspersis, viridibus nec nitidis: Caules multi, spithamei, filiformes, virides, villis raris longis, bracteis latis bifidis, foliolis 3 saepe in uno, sessilibus. Petala emarginata, flava. Pistilla pilosa. Similis *P. vernæ*, sed Caulis vixidis villosior, folia radicata septenata, magis villosa, majora; Caules magis filiformes; Radix magis nigra.

36. MIMOSA (*pigra*) foliis bipinnatis opposite aculeatis: spina erecta longiore inter singula partialia.

Æschynomene spinosa quinta. Comm. hort. I p. 59. t. 30.

Æschynomene foliis acaciæ latioribus, frondibus longissimos aculeos habentibus. Breyn. cent. I.

Habitat

Descr. Caulis adspersus aculeis geminis recurvis. Folia saepius sexjuga: pinnis multijugis. Aculei in periolis universalibus recurvati, inter singula partialia oppositi ad latus. At aculeus rectus erectus longior, inter singula

la

la paria partialium loco glandulæ. Capitula globoſa. Legumina membranaceo-compreſſa, articulata, ſebra.

37. *CISTUS (hirta)* arboreſcens exſtipulata, foliis lanceolato-linearibus trinerviis hirtis.

Ciftus ledon hirsutum. Baub. pin. 467.

Ledon IV. Clufii hift. I. p. 79. t. 78.

Habitat Monſpelii. †

Deſcr. Rami ruffi, pilis albis strigofis adſpersi. Folia lanceolata vel potius linearia, trinervia, margine reflexo, rugoſa, utrinque pilis albis nitidis strigofis adſpersa, ſed ſupra minus. Pedunculi longi, villoſi, apice aliquot flores fere umbellatos vel alternos præferentes; Calyce ovato, laxo, pentaphyllo; Corolla flava.

38. *CISTUS (lævipes)* ſuffruticosus adſcendens exſtipulatus, foliis alternis linearibus glabris, pedunculis racemosiſ.

Chamæciftus, ericæ folio, luteus elatiōr. Baub pin. 466.

Helianthemum tenuifolium glabrum erectum, luteo flore, Baub. hift. 2.p. 18.

Habitat Monſpelii. †

Deſcr. Caulis lignoſus, adſcendens, nudus. Folia alterna, remota, linearia, glabra, etjam margine; ex ſingulis alis Folia conferta primordia ramorum, ſed breviora. Racemus terminalis ramorum laxus, villoſo-viſcidus. Pedicelli remoti, glaberrimi, longi. Calyx læviter hispidus.

Obſ. Adeoque hujus ſynonyma deleantur in Ciftu Fumana.

39. *CISTUS (arabicus)* ſuffruticosus ſtipulatus, foliis alternis lanceolatis planis lævibus.

Habitat in Arabia. D. Hasselquist. †

Deſcr. Planta pedalis, ſuffruticosa, diſfuſa. Folia lanceolata, plana, glabra, acuta; tenella vero ſubpubeſcentia. Stipule geminæ minimæ. Pedunculi, ex aliis foliorum ſuperiorum, ſolitarii, uniflori. Calyces foliolis tribus ovato-

ovato-cordatis, acutis, magnis; duobus inferioribus linearibus, acutis, patentibus. *Fructus* nutat crassus.

40. CLEMATIS (*virginiana*) foliis ternatis: foliolis cordatis scandentibus ferrato-angulatis.

Clematis virginiana pannonicæ similis. Pluk. mant. 51. t. 389. f. 4.

Clematis aquatica trifoliata late scandens, floribus albis odoratis. Clayt. virg. 62 n. 270.

Habitat in Pensylvania. 24

Descr. Caules scandentes, altissimi. Folia ternata: foliola rarius & profunde ferrato-angulata, nuda, cordata, venosa: Folia floralia simplicia, sena, aut subverticillata, integerrima, triloba aut indivisa. Pedunculi simplices & triflori, mixti. Corolla tetrapetala, alba, patens, subtus tomentosa: Petalis ovato-oblongis, patulis, nec lanceolatis. Stamina & Pistilla albo-flavescens. Petioluli foliorum compositorum se convolvunt & scandunt.

41. TEUCRIUM (*pumilum*) floribus capitatis, foliis linearibus planis quadrifariis confertis, caule procumbente tomentoso. *Læfling.*

Polium hispanicum montanum pumilum, rorismarini folio, flore rubro. Tourn. inst. 207.

Polium montanum pumilum rubrum, viridi stœchadis folio, caule tomentoso. Barr. ic. 192.

Habitat in Hispania.

42. OCYMIUM (*americanum*) foliis sublanceolatis acuminatis ferratis, racemis rotundis, caule subherbaceo.

Habitat in America. Miller. ①

Descr. Caulis erectus, pedalis, strictus, teretiusculus, scaber, articulatus, lateribus oppositis canaliculatis. Rami oppositi, simplices, breviores. Genicula inter petiolos barbata. Folia opposita, petiolata, lanceolata seu lanceolato-ovata, acuta, nuda, argute sed vix manifeste

nifeste ferrata, basi canaliculata. *Petioli* longitudine dimidii folii, pilis longis adspersi. *Racemi* terminales, solitarii: *Verticillis* rotundis, sexfloris, remotis, exceptis bracteis duabus, oppositis, caducis, ovato-lanceolatis, longitudine florum, pilis raris ciliatis. *Calyces* ante florescentiam reflexi: *Labio* superiore ovato, basi gibbo, piloso: inferiore quadrifido. *Corolla* alba, calyce duplo major; *Stamina* ocymi alba, longitudine corollæ. *Stylus* incarnatus.

43. ANTIRRHINUM (saxatile) foliis lanceolato-linearibus sparsis villosis: inferioribus quaternis; caule decumbente piloso, floribus spicatis.

Linaria valentina saxatilis & perennis villosa, flore luteo.
Tournef. inst. 169.

Habitat in Hispania. D. Monnier.

Descr. Radix perennis: Caules decumbentes, villosi, superne ramosi. Folia sublinearia, acuta, sparsa, pubescentia: inferiora quaterna. Spicæ terminales. Bracteæ & Calyces villosi. Corollæ flavæ.

44. ANTIRRHINUM (molle) foliis quaternis subulatis, caulis erectis.

Linaria foliis confertis linearibus carnosis. *Hall. gætt. 2. p. 306.*

Linaria maritima foliis succulentis. *Buxb. cent. 4. p. 23. t. 37?*

Habitat in Hispania. ◎

Descr. Radix annua. Caules fere pedales, erecti, uti tota planta glauco-virides, teretes: Folia subulata, subtus planiuscula, succulenta, erecto-patula; superiora alterna, ramea. Spica rarior, terminalis. Calyx patulus apicibus reflexis uti bracteæ. Corollæ flavæ, ad faucem fere fulvæ, glabræ, labio inferiori divaricato. Calcar longum, acutum, lineis cæruleofuscis striatum. Similis Linariæ arvensi, sed calyx glaber, & Corollæ quadruplo maiores.

45. AN-

45. ANTIRRHINUM (*Spartum*) foliis linearibus alternis, caule paniculato virgato, floribus racemosis.

Habitat in Lusitania. Læfling. ○

Descr. *Caulis* sesquipedalis, subangulatus: *ramis* teretibus, ramosissimis. *Folia* linearia, longa, subcarnosa, supra plana, subtus rotunda. *Calyces* racemosi pedicellis setaceis, quinquefidi, acuti, margine membranacei, erecti. *Corollæ* flavæ, petalo fulvo glabro; *Calcar* longum, acutum, flavum.

46. LEPIDIUM (*Cardamine*) foliis radicalibus pinnatis, caulinis lyratis *Læfling.*

Habitat in Hispania ad margines viarum argillofas & aridas.

Descr. *Folia* radicalia omnino Cardamines pinnata, tribus seu quinque foliolis ovatis: extimo majori. *Caules* spathulati, ramosi, terminati racemo. *Folia* caulina parva, lyrata. *Flores* albi.

47. IBERIS (*badensis*) foliis cordatis: superioribus amplexicaulibus. *Hall gætt. 2.p. 243.*

Thlaspi alpinum, bellidis cæruleæ folio. *Bauh. pin. 106.*

Thlaspi montanum, bursæ pastoris fructu. *Col. ecph. I. p. 275. t. 276.*

Thlaspi montanum II. Cluj. hist. 2. p. 131.

Habitat in montibus Badensibus, Austriae, Matesii Italie, inque Helvetiae atpibus. 21

48. IBERIS (*arabica*) herbacea, foliis ovatis glabris aveniis integerrimis, siliulis basi apiceque bilobis.

Thlaspi humile, spica purpurea. *Buxb. cent. I. p. 2.t 2.f. I.*

Habitat in Cappadocia, Arabia. Hasselquist. ○

Descr. *Radix* fibrosa. *Caulis* teres, levis. *Folia* ovata, integerrima, acutiuscula, avenia, succulenta, glabra. *Rami* simplices ex alis foliorum infimis & summis, non vero intermediis. *Flores* corymbosi parvi tubri; utrum vero petala exteriora majora in specimine non vidi, ex facie huc retuli. *Silicole* magnæ lato margine membrana-

Branaceo; apice siccō, basi etiam bilobæ. Semina duo in singulo loculo.

49. IBERIS (*pinnata*) foliis linearibus pinnatifidis.

Thlaspi umbellatum, *nasturtii folio*, *monspeliacum*. Baub. pin. 106.

Thlaspi alterum minus umbellatum, *nasturtii hortensis folio*, *narbonense*. Lob. ic. 218.

Habitat in Europe maritimis.

Descr. Caulis spithameus, superne ramosus, corymbosus.

Folia linearia, pinnatifida, glabra. Flores corymbosi, petalis duobus exterioribus duplo majoribus.

50. SISYMBRIUM (*tenuifolium*) foliis integrerrimis: infimis tripinnatifidis, supremis integris. Guett. stamp.

p. 150. Dalibard. paris. 204. †

Sinapi erucæ folio. Baub. pin. 99.

Eruca genuifolia perennis. Baub. hist. 2. p. 861. Vaih. paris. 50.

Habitat in Gallia, Italia, Helvetia.

Obs. Conferantur Plantæ & Synonyma cum *Sinapi sylvestri*.

51. SISYMBRIUM (*Læselii*) foliis pinnato-hastatis acutis hirtis, caule retrorsum hispido.

Erysimum angustifolium majus. Baub. pin. 167.

Erysimum hirsutum, *siliquis erucæ*. Læsel. pruss. 69. t. 14.

Erysimum foliis pinnatis: extrema pinna triangula dentata, *petiolis longis hirsutis*. Hall. gætt. 2. p. 248.

Rapistrum montanum, *ironis folio*, *macroleptoceraton*. Column. cephr. 1. p. 266. l. 268.

Habitat in Borussia, Gedani, in montanis æquicolor. †

Obs. Adeoque Synonymum Columnæ ad *Sisymbrium altissimum* excludatur.

52. ERYSIMUM (*hieracifolium*) foliis lanceolatis serratis. Roy. lugd. 342. Dalib. paris. 201.

Leucojum luteum sylvestre hieracifolium. Baub. pin. 201.

Leuco-

Leucojum sylvestre inodorum, flore parvo pallidiore.

Raj. hist. 781.

Habitat in Gallia.

53. CHEIRANTHUS (maritimus) caule ramoso diffuso;
foliis lanceolatis, acutiusculis; antheris eminentibus.

Hesperis maritima supina exigua. Tourn. inst. 223.

Leucojum maritimum parvum, folio virente crassifluo Baub. hist. 2. p. 877.

Habitat in Europæ australis maritimis. ◎

Descr. Differt a Cheiranthe chio in paucis: *Caule diffuso. Foliis lanceolatis acutis*, vix utrinque unica ferratura notatis, in Chio pluribus. *Staminibus & pistillis extra tubum floris prominentibus.*

54. BRASSICA (chinensis) foliis ovalibus, subintegerrimis; floralibus amplexicaulibus, lanceolatis; calycibus ungibus petalorum longioribus.

Habitat in China. Dn Osbeck attulit semina.

Descr. *Folia oblonga seu ovalia, simillima Cynoglosso;* obtusa sed glabra; *caulina amplexicaulia, oblonga, integerrima.* Flores, ut in Brassica oleracea, lutei, *Calyx ungibus petalorum brevior*, unde hians & inter petala prominens. *Stamina longiora. Siliquæ parum compressæ.*

55. SINAPIS (orientalis) siliquis retrorsum hispidae, apice subtetragonis, compressis.

Sinapi orientale maximum, rapi folio. Tourn. cor. 17.

Habitat in Oriente. ◎

Descr. Simillima planta Sinapi arvensi, sed tota planta retrorsum hispida; & *siliquæ valvulae trifariam retrorsum scabré*, cum in *S. arvensi* glabræ.

56. SINAPIS (incana) siliquis racemo appressis lèvibus, foliis inferioribus lyratis scabris: summis lanceolatis, caule scabro.

Erysimum foliis subincanis, siliquis brevissimis. Herm. par.
ad. 115. t. 115. Vail. paris. 51.

Habitat in Gallia, Lusitania, Hispania. ♂

Deser. Caules tripedales, ramosi, teretes, virides, scabri. Folia canescens: inferiora pinnato-lyrata, repando-dentata, utrinque scabra: extimo ovato majori, caulina summa, lanceolata, ferrata, petiolata. Racemi terminales. Flores lutei; Calyces colorati. Petala obtusa. Stamina lutea. Siliquæ compressæ, breves, scapo arcte adpresso, ut in Erysimo officinali.

57. SINAPIS (*lævigata*) siliquis lævibus patulis, foliis lyratis glabris: summis lanceolatis, caule lævi.

Erysimi varietas. Herm. parad. 155.

Habitat in Lusitania, Hispania. ♂ ♂

Deser. Habitus & omnia antecedentis, sed folia glabra. Caulis glaber, lævissimus. Siliquæ scapo non adpresso sed magis distantes a racemo. Flores majores.

58. CLEOME (*arabica*) floribus hexandris, foliis simplicibus subrotundo-ovatis, siliquis gladiatis.

Habitat in Arabia. D. Hasselquist.

Deser. Planta herbacea, erecta, hispido-viscida. Folia subrotundo-ovata, petiolata, integerrima, hispido-viscida. Racemi terminales, solitarii, longi. Flores hexandri. Siliquæ latiusculæ, compressæ, gladii figura, ad futuram inferiorem magis recurvatae, supra basin glandula notatae, hispido-glutinosæ.

59. GERANIUM (*carnosum*) calycibus monophyllis, caule carnosio gibbose, foliis pinnatifidis, petalis linearibus.

Geranium africanum carnosum, petalis angustis albicanibus. Dill. elth. 153. t. 127. f. 154.

Habitat in Æthiopia. ♀

Deser. Differt a Geranio gibbose Caule carnosio etiam inter articulos, ubi magis gibbus. Corollæ albæ, petalis angustis,

60. GE.

60. GERANIUM (*ciconium*) pedunculis submultifloris; calycibus pentaphyllis; floribus pentandris; foliis pinnatis pinnatifidis obtusis.

Geranium cicutae folio, acu longissima. Baub. pin. 139.
prodr. 138.

Geranium apulum coriandrifolium. Col. ecphr. I. p. 136.
t. 135

Habitat in Europa australi; Valesia Italæ, Monspelii. ⊖

Deser. Habitus & facies omnino *Geranii* gruini; sed huic *Folia pinnata*, decurrentia, ~~pinnatifida~~ profunde, obtusa, incisa; nec ut gruini ternata, lobata, ferrata. *Caulis inclinatus*; gruini vero caulescens est & erectus. *Petala duo superiora magis divaricata*; in gruino aquilia. *Glandulae in utrisque inter petala.*

61. GERANIUM (*versicolor*) pedunculis bifloris, foliis quinquelobis: lobis medio dilatatis, petalis emarginatis reticulatis.

Geranium romanum versicolor seu striatum. Park. par.
229. Moris. hist. 2. p. 516 f. 5. t. 10. f. 24. Raj. hist. 1063.

Habitat in Italia.

Deser. *Folia hirsuta*, *lobis medio dilatatis*, *incisis*. *Petala alba lineolis purpureo-rubentibus*, *emarginata*.

62. GERANIUM (*disectum*) pedunculis bifloris, foliis quinquepartito-multifidis, caule glabro erectiusculo.

Geranium majus, foliis imis longis, ad usque pediculum divis. Moris. hist. 2. p. 511. f. 5. t. 3. f. 3. Vaill. paris.
t. 15. f. 2.

Geranium foliis ad nervum quinquefidis, pediculis brevioribus, caule erecto. Hall. helv. 366.

Habitat in Europa australiori.

63. MALVA (*tournefortiana*) foliis radicalibus quinquepartitis trilobis, pedunculis folio caulino longioribus, caule subdecumbente,

*Alcea maritima galloprovincialis, geranii folio. Tournet.
inst. 98.*

*Alcea tenuifolia humilis maritima galloprovincialis, fo-
liis inferioribus nonnihil ad geranium accendentibus.
Pluk. alm. 13. t. 44 f. 4.*

*Alcea minor maritima tenuifolia procumbens. Herm.
par. 9. t. 9.*

Habitat in Galloprovincia, Hispania. Læfling. 509. a.

*Descr. Folia radicalia petiolata, parva, quinque-vel
septempartita: foliolis trilobis, obtulis. Caules fili-
formes, subdecumbentes, scabri, foliis duobus vel tri-
bus tantum instructi, & ex singulis pedunculus folio
longior, præter pedunculos plures ad summitatem
plantæ omnes uniflori. Calyx inferior linearis, di- vel
triphyllus; interior quinquefidus, latus, scaber. Dif-
fert a *Malva moschata*, quod longe tenerior; pedun-
culis fl. re longioribus, foliis minimis, in caule tantum
duobus vel tribus minus pinnatifidis. Figuræ Herman-
ni & Plukenetii ex planta culta, folia nimis acuta pin-
gunt.*

**64. GENISTA (candicans) foliis ternatis, subtus villosis;
pedunculis lateralibus subquinquefloris foliatis; legu-
minibus hirsutis.**

*Cytisus monspessulana, medicæ folio, siliquis dense con-
gestis & villosis. Tournet. inst. 648.*

*Cytisus sylvestris candicans Cæsalp. plant. 113,
Habitat Monspelii & in Italia. D. Sauvages.*

*Descr. Rami angulati, villoti. Folia brevibus petiolis ter-
nata, ovalia, utrinque acuta, subtus multum villosa,
supra minus. Ex aliis superiorum foliorum pedunculi
erecti, fere ramei, apice duobus vel tribus foliis mi-
noribus instructi, intra quos Flores quinque vel septem
in fasciculum collecti. Calyces flavescunt. Corolla Ge-
nilæ tinctoriæ. Legumina valde hirsuta.*

65. LUPINUS (*stoloniferus*) calycibus alternis appendiculatis: labio superiore bipartito, interiore tridentato, leguminibus lanatis.

Lupinus lanuginosus latifolius humilis, flore cæruleo-purpureo, *stoloniferus*. *Cup. Cathol.*

Habitat in Sicilia, Archipelago, Arabia.

Descr. Planta humilis, vix spithamea. *Folia* quinata, longe petiolata. *Foliola* basin versus angustiora, lanceolata, *pilis* testaceis seu ferrugineis adspersa. *Flores* alterni, cærulescentes. *Legumina* vestita pilis longis, densis, ferrugineis, unde tota planta ferruginea evadit.

66. PHASEOLUS (*nanus*) caule erectiusculo lœvi, leguminibus pendulis compressis rugosis. *Hort. upl. 213.*

Phaseolus vulgaris italicus humilis seu minor, albus cum orbita nigricante. *Baub. hist. 2. p. 358 Raj. hist. 885.*

Smitax siliqua sursum rigente, seu *Phaseolus parvus italicus*. *Baub. pin. 339.*

Habitat in India.

Descr. Variat flore albo & purpureo; *Semine* albo & fusco-maculis luteis. *Flos* duplo minor, quam in vulgari.

67. OROBUS (*sylvaticus*) caulis decumbentibus hirsutis ramosis. †

Orobus sylvestris nostras. *Raj. angl. 3. p. 324. Suppl. hist. 1892. Act. Paris. 1706. p. 87. t. 90.*

Habitat in Anglia, Gallia 2.

Descr. *Caulis* ramosi, striati, decumbentes. *Foliola* sex-aut septemjugata. *Corollæ extus* rubentes, intus albæ lineis purpureis. *Legumina* compressa. *Semina* duvel tria..

68. CORONILLA (*glaucæ*) fruticosa procumbens, foliis obcordatis, leguminibus teretibus. *Sauvages.*

Coronilla maritima, glauco folio. *Tourn. inst. 650.*

Colutea scorpioides maritima, glauco folio. *Baub. pin. 397. prodr. 157.*

Habi-

Habitat in Gallia Narbonensi.

Obj. Distincta a *Coronilla valentina* caulis non erectis,
nec leguminibus articulatis.

69. **TRIFOLIUM (strictum)** capitulis globosis, leguminibus dispermis, caule erecto, foliis lanceolatis serrulatis, stipulis rhomboidibus. †

Trifolium pratense annuum erectum minimum, foliis longis angustis pulchre venatis & tenuissime serratis, floribus albis in capitulum congestis, tiliquis minoribus dispermis. Mich. gen. 29. t. 25. f. 7.

Habitat in Italiæ pratis, pastuis. ◎

70. **TRIFOLIUM (uniflorum)** pedunculis communibus subtriangularibus, stipulis foliorum brevioribus.

Trifolium vernum repens purpureum. Buxb. cent. 3. p. 17. t. 31. f. 1.

β *Trifolium vernum repens, flore albo exiguo.* Buxb. cent. 3. p. 17. t. 31. f. 2.

Habitat Constantinopoli, inque Syria, Arabia, Judæa,
Hasselquist.

Confer. Melilotus cretica humillima humifusa, flore albo magno. Tourn. cor. 28.

Spica trifolia. Alp. exot. 169 t. 168.

Deser. Caules procumbentes, terræ adpresso, undique vestiti stipulis foliorum tumidis, apice bifidis, e quibus *Folia petiolis longis* ternata, serrulata. Pedunculi ex singulis vaginis communis solitarii, brevissimi, terminati pedicellis duobus vel tribus, stipulis paullo longioribus, (unde flores quasi solitarii,) quibus singulis insidet flos simplex, nec capitulum, unde pedunculi communes bi-aut triflori. *Calyces* non hirti, sed oblongi, in quinque segmenta acuminata terminati.

71. **TRIFOLIUM (cherleri)** capitulis villosis hemisphaericis terminalibus solitariis, calycibus omnibus fertilibus.

Trifo-

*Trifolium capitulis villosis globofis terminalibus bractea
orbiculata terminatis. Sauv. monsp. 184.*

Habitat in Hispania. ☺

Deser. Diversa Planta a Trifolio globofis. *Caulis* sim-
plices, breves, adscendentes, pilosi ut tota planta.
Capitulo in singulo ramo uno, sessili, terminali, he-
misphaericā, exceptum *stipulis* latissimis orbiculum con-
stituentibus, tanquam *calyce* capitulum amplectenti-
bus & excipientibus, quarum altera foliolis tribus ses-
silibus, altera nullo gaudet. *Flocculi* omnes fertiles.
Calyces setacei, villosi, *corolla* longiores, adspersi *pilis*
albis nitidissimis, unde singularis calycis facies.

Obser. Adeoque synonyma *Trifolii globofis* Sp. Pl. 768.
ad hanc revocantur, & in eorum loco, *Trifolium orien-
tale capite lanuginoso*. Tourn. cor. 27. quod habitat in
Arabia & Syria.

72. **TRIFOLIUM (alexandrinum)** capitulis pedunculatis,
foliis infimis oppositis.

Habitat in Ægypto. D. Hasselquist.

Deser. Planta vix pedalis, erecta. *Caulis* inferne nudus,
in medio *Folia* duo opposita, ternata: *stipulis* lanceo-
latis, semibifidis, attenuatis. *Petioli* foliolis paullo
breviores, extrosum fere latiores. *Foliola* lato-lan-
ceolata, vix manifeste crenata. *Pedunculus* ex altera
ala, nudus, longus. *Capitulum* oblongum, album.
Caulis ex altera ala continuat, sed foliis alternis, ce-
terum similis. *Calyces* parum villosi. Habitus Trifo-
lii montani.

73. **HYPERICUM (scabrum)** floribus trigynis; caule te-
reti, suffruticoso, muricato; foliis oblongis.

Hypericum orientale, caule aspero purpureo. Tourn. cor. 19.

Habitat in Arabia. D. Hasselquist. Ȑ

Deser. *Caulis* fruticosi, senescentes cortice deciduo ru-
gosii, herbacei, rufescentes, adspersi punctis elevatis,

D

unde

unde se abri evadunt. *Folia opposita*, ovali-lanceolata, lœvia, integerrima. *Corymbi terminales*, *floribus parvis trigynis*. *Caulis punctis eminentibus* ut in balearico, sed longioribus, *folia autem absque glandulis mihi manifestis*, & *flores omnino trigyni* distingvunt a balearico.

74. HYPERICUM (*repens*) *floribus trigynis*; *caule terti*-*ti repente*; *foliis lanceolato-linearibus*, *obtusis*.

Hypericum orientale, *polygoni folio*. *Tourn. cor. 19*.

Habitat in Palæstina & adjacentibus. *D. Hasselquist*.

Descr. *Radix perennis & lignosa supra radicem*. *Cau*-*les teretes*, *filiformes*, *repentes*, *ad genicula radicu*-*las dimittentes*. *Folia lanceolato-linearia*, *obtusa*, *in*-*tegerrima*, *confertim satis oppofite*. *Flores termina*-*les tres*, *intermedio fessili*. *Calyx & bracteæ punctis* *fuscis ad margines adspersi*, *non vero ferrati*.

75. LEONTODON (*lanatum*) *foliis ensiformibus*, *inte*-*gris*, *hirsutis*; *calyce erecto*, *simplici*.

Chondrilla altera. *Rauwolf. itin. 217. t. 217*.

Chondrilla bulbosa syriaca, *foliis latioribus*. *Baub. pin. 131*.

Habitat in Arabia. *D. Hasselquist*.

Descr. *Radix bulbosa*, *Folia lanceolato-linearia*, *pluri*-*ma*, *digitalia*, *utrinque lana alba hirsuta*, *radicalia*. *Scapi* *foliis paullo longiores*, *aphylli*, *in medio sæpe u*-*nico foliolo linearí minimo notati*, *hirsuti*. *Flores* *magnitudine Pilosellæ*; *calyce simplici*, *æquali*, *poly*-*phylo*, *longitudine fere corollæ, lanato*. *Corolla lutea*.

76. HIERACIUM (*tomentosum*) *foliis oblongo-ovatis*, *hirsutis*, *sessilibus*, *subdentatis*; *pedunculis multifloris*.

Hieracium montanum tomentosum. *Dill. elth. 181. t. 150*.
f. 180.

Habitat in Europa australi. 2

Descr. *Planta pedalis*, *tota villis incanis hirsuta*, *ramosa*.

Folia ovato-oblonga, *obsolete dentata*. *Rami multiflori*.

Calyces hirsuti.

77. EU-

77. EUPATORIUM (*maculatum*) foliis quinis, lanceolatis, æqualiter serratis, petiolatis, venosis.

Descr. Folia quinque ad genicula, lanceolata, æqualiter serrata. Caulis tenuissime maculatus. Varietas *Eupatorii purpurei* ad hoc, ut & ejus synonyma & descriptio spectant. *Eupatorium enim purpureum* foliis quaternis, lanceolato-ovatis, inæqualiter serratis, rugosis est.

78. ARTEMISIA (*nilotica*) foliis bipinnatis; caule erectissimo; pedunculis solitariis, unifloris, nudis, filiformibus.

Habitat in Ægypto. D. Hasselquist.

Deser. Radix fibrosa. Caules pedales, herbacei, erectissimi, subvilloso. Folia pinnata, pinnis pinnatidis, facie Artemisiae annuae. Flores globosi, magnitudine & figura annuae, sed pedunculi ex axillis foliorum, filiformes, aphylli, longitudine fere foliorum, uniflori.

79. GNAPHALIUM (*sanguineum*) foliis decurrentibus, lanceolatis, utrinque tomentosis, planis, spiculo nudo terminatis.

Gnaphalium ægyptiacum, latiore flore ramosius, flore ex albicante purpureo. *Pluk. mant. 91.*

Gnaphalio montano affinis *ægyptiaca*. *Baub. pin. 264.*

Chrysocoma syriaca, flore atro rubente. *Breyn. cent. 146.*

Baocharis dioscoridis. *Rauwolf. itin. 285. t. 285.*

Habitat in Palæstina, Ægypto. D. Hasselquist.

Deser. Caulis pedalis, non ramosus, teres, villosus. Folia lanceolata, decurrentia, utrinque tomentosa, spiculo vix conspicuo rufo terminata, præsertim inferiora. Corymbi terminales, saturate rubri, magnitudine & colore Gnaphalii dioici; statura arenarii.

80. BACCHARIS (*dioscoridis*) foliis lato-lanceolatis, dentatis, sessilibus, stipulatis.

Conyza major altera. *Baub. pin. 265.*

Conyza dioscoridis. Rauwolf. itin. 54. t. 54.

Habitat in Syria, Aegypto. D. Hasselquist.

Deser. Caulis erectus, purpurascens, striatus. Folia alterna, lato-lanceolata, sessilia, & fere semi-amplexicaulia, ferrato-dentata, supra nuda, subtus vix manifeste villosa. Rami ex aliis superioribus, caule altiores, erecti; Pedunculi terminales, corymbosi: foliolis minimis, linearibus, integerrimis, acutis ad divaricationes. Calyces subcylindrici. Corollæ luteæ.

81. ERIGERON (*graveolens*) ramis lateralibus multifloris, calycibus squarrosois. *Sauvages.*

Virga aurea minor, foliis glutinosis & graveolentibus. Tournef. inst. 484.

Conyza femina Theophrasti, minor Dioscoridis. Baub. pin. 261.

Conyza minor vera. Lobel ic. 346.

Habitat Monspelii. ◎

Deser. Est Erigeron viscoso decies minor. Folia integerrima. Rami multiflori. Flores pallide lutei.

82 VERBESINA (*nodiflora*) foliis oppositis; calycibus oblongis, sessilibus, confertis; caule lateraliter

Bidens nodiflora, folio tetrabit. Dill. elth. 53. t. 45. f. 53.

Chrysanthemum conyzoides nodiflorum, semine rostrato bidente. Sloan. iam. 126. hist. I, pag. 262. t. 154.

Habitat in Caribæis. ◎

Observ. Semina radii marginibus lateralibus dentato-ciliata sunt.

83. HELIANTHUS (*frondosus*) calycibus squarrosois, undulatis, frondosis; radiis octopetalis.

Habitat in Canada.

Deser. Statura Helianthi decapetalis, a quo differt corollis triplo majoribus, fere Helianthi multiflori; at radii vix ultra octo sunt. Flores errecti sunt. Caulis quadrupedalis, solitarius. Folia argute serrata, lata. Pedunculus

dunculi scabri. *Folia calycina divaricata, acuta, ciliata, hispida, undulatim flexa, & infima squama saepe in folium enata.* Sic differt ab *Heliantho giganteo caule duplo breviore.* Ab *Heliantho decapetalo corolla duplo majore.* Ab *Heliantho multifloro radiis paucioribus & calyce tquarroso.*

84. COREOPSIS (*leucanthema*) foliis pinnatis ferratis, radio diversicolore.

Bidens americana trifolia, leucanthemi flore. *Tournefort.* *inst. 462.*

Habitat in America. *Miller.* ◎

Descr. *Caulis* trium vel quatuor pedum, *tetragonus, laeviusculus*: lateribus oppositis canaliculatis. *Rami oppositi.* *Folia* opposita, pinnata: Foliolis quinque, rarius tribus, ovatis, indivisis, glabris, æqualibus, argute ferratis, laevibus, extimis tribus saepe confluentibus, latere exteriore fere decurrentibus, apice integrerrimis. *Petioli* canaliculati, utrinque villo connexi. *Flores* terminales, alterni, duo vel tres, *pedunculis longiusculis.* *Calyx* quinquepartitus, *involucro* seu exteriore calyce pentaphyllo minore. *Corolle* radius saepius pentapetalus, albus. *Petalis* ovatis, apice tridentatis, intermedio productiore; suhtus trinerviis. *Discus parvus, convexus, luteus.* *Semina* corona tridentata, retrosum hispida; seminum discus pyramidalis evadit. *Planta* Bidentis frondosi. *Flos* Asteris annui.

85. CENTAUREA (*calcitrapoides*) calycibus subduplicato-spinosis, foliis anplexicaulibus lanceolatis ferratis. *Carduus stellatus*, foliis integris ferratis. *Magn. monsp. 292.*

Habitat Monspelii, & in Palæstina. *D. Hasselquist.*

Descr. Tota planta Centaureæ Calcitrapæ, sed *caulis* & *folia* minus hirsuta, & *folia* minime divisa, tenuissime ferrata, acuminata, lanceolata, amplexicaulia. *Calyses*

Calyces axillares, sessiles, omnino Calcitrapæ, sed ad basin lanuginosi. An planta hybrida?

86. CENTAUREA (*Verutum*) calycibus simplicissime spinos: dentibus duobus oppositis, foliis lanceolatis integris decurrentibus.

Habitat in Palæstina. D. Hasselquist.

Descr. *Radix* fibrosa. *Caulis* pedalis, simplex, angulatus, erectus. *Rami* breviores, simplices, ex alis superioribus. *Folia* lanceolata, integerrima, scabra, decurrentia. *Flores* terminales, solitarii. *Calyces* subtomentosi, *Spinis* simplicibus, flavis, striatis, calyce duplo longioribus, in eo singulares, quod quævis spina gerat in medio duas oppositiones ex spinis minimis, erectis nec patulis: ad basin vero spinæ flavescentes absque ferraturis aut aculeis. *Corollæ* flavæ.

87. CENTAUREA (*pamilis*) calycibus simplicissime spinos: foliis dentato-pinnatis villosis, caule nullo.

Carduus orientalis acaulos incanus & tomentosus, dentis leonis folio. *Tournef. cor. 31.*

Habitat in Ægypto. D. Hasselquist.

Descr. Simillima Centaureæ acauli, sed calycis squame non ciliatæ. *Radix* dura. *Calyces* sæpius tres, radici arcte adnati, ovato-oblongi, glabri: squamis margine membranaceis, integris, apice ovatis, & in spinam subulatam, brevem, flavescentem, terminatis; *Corolla* oblonga. *Flores* neutri vix reliquis longiores. *Folia* linearia, dentato-pinnata: dentibus ovato-lanceolatis, latioribus suo folio, alternis sæpe parvis; omnia cinerea subvillosa, radici incubentia.

88. SERIPHIUM (*gnaphaloïdes*) floribus spicatis unifloris.

Habitat in Æthiopia. D. Royen.

Descr. *Rami* angusti. *Folia* linearia, sparsa, tomentosa, supra nuda. *Flores* in spicam congesti, flavi, tristes, subto-

subtomentosi, cylindrae, continentis flosculum unum, cuius corollæ laciniæ acute reflexæ, & quasi uncinatæ.

89. CALLITRICHE (*androgyna*) foliis superioribus ovalibus.

Corispernum foliis oppositis. *Fl. Lapp.* 2. *Fl. Sv.* 3 *Hort. Cliff.* 3. *Gronov.* *virg.* 3. *Roy. lugdbat.* 205.

Stellaria aquatica. *Baub. pin.* 141.

Stellaria foliis omnibus subrotundis. *Hall. gætt.* 2. p. 39.

Habitat in Europæ fossis, vere florens.

90. CALLITRICHE (*hermaphroditica*) foliis omnibus linearibus, apice bifidis.

Stellaria foliis omnibus angustis, apice resecto. *Hall. helvet.* 198.

Lenticula palustris angustifolia, folio in apice dissecto.
Læsel. pruss. 140. t. 138.

Habitat in Europæ fossis, autumno florens.

Obs. Excludatur itaque Callitrichæ palustris.

91. CAREX (*brizoides*) spica composita, disticha, nuda; spiculis androgynis, oblongis, contiguis, patentibus; culmo nudo.

Carex spicis teretibus, acutis, alternis, se contingenti- bus. *Hall. helv.* 244.

Carex fibrata radice, angustifolia; caule exquisite triangulari. *Mich. gen.* 70 t. 33 f. 17.

Gratian cyperoides elegans, spica composita aperiore. *Raj. hist.* 1297. *Morij. hist.* 3. p. 245.

Habitat in Europa.

92 CAREX (*remota*) spicis ovatis, subsessilibus, remo- tis, androgynis; foliis caulinis culmum æquantibus. f.

Carex spicis in foliorum alis sessilibus. *Guettard. stamp.* I. p. 151. *Dalibard. paris.* 151.

Cyperoides angustifolium, spicis sessilibus in foliorum alis.

alis. Scheuchz. gram. 483. Raj. hist. 1295. Morl. hist. 3. p. 243. l. 8. t. 12. f. 17. Pluk. alm. 178. t. 34. f. 3.

Habitat in Europæ umbrosis subhumidis. 24

Obt. Spicæ valde parvæ; inferiores sæpe pedunculo brevi.

93. CAREX (*paniculata*) racemo composito.

Carex spica paniculata. Hall. helv. 246.

Cyperus longus inodorus sylvaticus. Bauh. pin. 14. theatr. 221.

Cyperus alpinus longus inodorus, panicula ferruginea minus sparsa. Scheuchz. prod. 7. t. 8.

Gramen cyperoides palustre, spica longiore laxa. Raj. hist. 1296. Morl. hist. 3. p. 244. l. 8. t. 12. f. 23. Scheuchz. gram. 499.

Habitat in Europæ australioribus utiginosis. 24

94. AMARANTHUS (*polygamus*) spicis diandris, ovatis, sessilibus, axillaribus; foliis lanceolatis acutis.

Habitat in India. ◎

Descr. *Caulis* erectus, sesquipedalis, viridis, striatus, laevis. *Folia* lanceolata, petiolata, nuda, petiolis sub basi tumidiunculis; ex axillis ramus & capitulum, quod constat pedunculo brevissimo, multifloro utrinque ad basin ramo connivente in capitulum viride. *Flores* diandri. *Spica* terminalis, brevis, ovata, parva, tere uti capita lateralia. *Fl.* hermaphrodili diandri digyni, & feminei trigyni.

95. AMARANTHUS (*mangostanus*) spicis triandris, glomeratis, sessilibus, axillaribus, terminalibusque; foliis rhomboidibus obtusis.

Habitat in India. ◎

Descr. *Caules* pedales & ultra. *Flores* glomerati, virides, aristati, ad axillas & in *Spicam* interruptam, terminalem. *Folia* rhomboidia, obtusissima, latiora quam longa, viridia, basi cuneiformia, longis petiolis insidentia, longioribus ipso folio, folia apice sæpe parum emarginata.

96. THUJA (*apbylla*) strobilis quadrvivalvibus: foliis turbinatis vaginantibus, hinc mucronatis, frondibus imbricatis.

Cupres-

Cupressus fructu quadrivalvi, foliis equiseti instar articulatis. Shaw. afric. 188

Habitat in Aegypto. †

Descr. Habitus Tamaricis; Frondes filiformes, laxi. Rami articulatim cincti vaginis minimis, foliaceis, truncatis altero latere, apiculo instructis, quae vaginacea folia in tenellis frondibus imbricata, ut quasi aphylla conspicuntur. Fructum non vidi.

97. *CUCUMIS (prophetarum) foliis cordatis, quinquelobis, denticulatis, obtusis; pomis globosis, spinosomuricatis.*

Colocynthis pumila echinata arabica, striis duodecim luteis & viridibus variegata. Shaw. afric. 164.

Habitat in Arabia. D. Hasselquist.

Descr. Planta habitu Melonis, sed parva. Folia ribesii cordata, obtusa, profunde triloba ultra medium, sinu obtuso: lobis lateralibus minus profunde bilobis; margine dentato, scabro, venis subtus magis hispidis. Caulis repens seu scandens, quinquangularis. Pumum subglobosum, undique spinis distantibus muricatum.

98. *SALIX (egyptiaca) foliis subferratis, lanceolato-ovalibus, nudis, venosis; petiolis simplicibus exstipulatis.*

Salix syriaca, folio oleagineo argenteo. Baub. pin. 474.

Calat seu Ban. Alp. egypt. 61. t. 52.

Habitat in Aegypto. D. Hasselquist. †

Descr. Rami crassi, rubri, leves. Folia alterna, figura S. capreæ, ovalia, acutiuscula, utrinque nuda, subtus venis inæqualia, vix manifeste & remote serrata, petiolis brevibus insidentia. Gemma magnitudine fabæ, purpurea, univalvis. Amentum lanatum, figura Salicis capreæ, flosculis diandris.

99. *VALANTIA (cucullaris) fructificationibus singulis bractea ovata deflexa tectis.*

Cucullaria. Buxb. cent. I. p. 13. t. 19. f. 2.

Habitat in Cappadociæ & Arabiæ montosis. ◎

Descr. Planta palmaris. *Caulis tetragonus, erectus, ramosus.* *Folia quaterna, lanceolata, ad flores vero opposita.* *Pedunculi ramosi, multiflori, ex summis alis.* *Supra singulum flosculum Bractea ovata, membranacea, colorata, vexillum floris papilionacei referens, occultans semen & florem.*

100. ATRIPLEX (*glauca*) caule suffruticoso, procumbente; foliis ovatis, sessilibus, integerrimis: inferioribus subdentatis.

Atriplex maritima hispanica frutescens & procumbens.

Dill. eth. 46. t. 40. f. 46.

Polygonum incanum rotundifolium halimoides fruticans hispanicum. Barr. rar. II 45 t. 733.

Habitat in Gallia australi & Hispaniae maritimis. ℥.

101. ATRIPLEX (*pedunculata*) caule herbaceo, divaricato; foliis lanceolatis, obtusis, integris; calycibus feminis pedunculatis.

Atriplex maritima, semine lato. Raj. angl. 3. p. 153.

Atriplex maritima Halimus dicta, humilis, erecta; foliculis in latitudinem expansis & utrinque recurvis, longo pediculo insidentibus. Pluk. alm. 61. t. 36 f. 1.

Habitat in Anglia maritimis, Hafniæ. Tych. Holm. ◎

Descr. Rami divaricati. Racemi ramos terminant, & ex aliis exeunt, pedunculis lateralibus, simplicibus, binatis seu aggregatis, quorum apici insidet Calyx bursæ pastoris fructui similis, trilobus, intermedio minori.

ADDENDA.

17. Admirabilis Jasmin rossa. Clus. hist. 2. p. 90.

18. Atzoyatl Mirabilis mexicana. Hernand. mex. 170. f. 2.

THE.

THESES.

THESIS 1.

Historia Naturalis recte distingui debet a Philosophia Naturali.

THESIS 2.

Peregrinationes multum secum, tam Medicina, quam Oeconomia, utilitatis adferre, nemo inficias ire potest.

THESIS 3.

Medicamenta simplicia, in primis beroica, ab exteris & barbaris nationibus, multo cum fructu usitata, in nostra Pharmacopola introduci debent.

THESIS 4.

Planta officinales, quæ nostrum clima ferunt, excoli & possunt & debent.

FRATRI suo

Carissimo.

Specimine præsenti, quo, Frater dilectissime, Centuriam plantarum nuperrime detectarum cum Republica communicas Litteraria, quid merueris, melius norunt jucundissimæ pariter ac utilissimæ Botanices periti, quam quidem ego, qui vix delicias ejus, primis, quod ajunt, degustavi labris. Novi saltem, quod opus sit utile, & parum non faciat ad incremента Historiæ Naturalis. Gratulor igitur tibi, Frater dilectissime, hanc occasionem tuam ostendendi industriam, & quemadmodum spero, te non inglorium ex arena disputatoria discessurum, ita ex intimis cordis recessibus voveo, velit DEus T. O. M, conatibus tuis ita admirare, ut tandem mettam, quam tibi proposuisti felicissime attingas, messemque, laboris fructum, reportes uberrimam. Sic solarium Matri, jam jam ad senium vergenti, Carissimæ, & gaudium adferes eis, qui tibi sangvinis vinculo conjuncti sunt, & amicis omnibus. Vale.

Scars d. IX. Kalend. Jan.

Ann. MDCLV.

ERICUS JUSLENIUS.